



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1649

§. 2. Moschouiæ Occidentalis Principatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13167

§. 2. *Moschouia Occidentalis Principatus.*

- PRINCI- PATVS } NOVOGARDIÆ MAGNÆ
- NOVO- GARDIÆ } MAGNÆ
- la Principauté de Novogrod la grande.
- NOVOGARDIÆ MAGNÆ } NOVOGARDIA MAGNA: la grande Novogrod, Novogorod Veliki indigenis, Nengarten Germanis. Olim Respublica potentissima, sed ortâ ciuili diffensione, & adhibito Duce arbitro, eam hic sibi vindicauit, ad Fl. Volkouam sita est, qui ex Ilmeno lacu *Ilmen* profluens postea cadit in Ladogam lacum maximum. De Idolo hîc culto omnes Geographi loquuntur, qui ex fulmine Iupiter agnoscitur.
- la Principauté de Novogrod la grande. } Russa: *Russ*, oppidum cultissimum, quod fluius falsus præter fluit, ex quo sal excoquitur.
- Ioannopolis: *Iuanougorod*, sic dicta à Ioanne Basilide ad ripam Neruæ, è regione Neruæ vrbis.
- Iamma*, castrum ad Plissæ Fluuij ostia.
- P. BIELKIA, Princ. de Bayelski. } BIELA, & Bielkia: *Bielsk*, seu *Bayelski*, & *Bielou*, à Lithuanis ad Moschos defecit, & hunc Principatum suis titulis Magnus Dux ascribit.
- PRINCIP. PSKOWIENSIS } PRINCIP. PSKOWIENSIS } PSKOVIA *Psikou*, olim sui iuris ditio, occupata à Basilide sub initium præcedentis sæculi proditione Sacerdotum: Tetropolis est, & singulæ ex quatuor vrbibus suo muro clauduntur. Olim Respub. potens, & suæ libertatis amans.
- Principauté de Psikou.

§. 3. *Moschouia Occidentalis Prouincia.*

- PROVIN- CIA } VOLOGDA } VOLOGDA, ciuitas cum arce munitissimâ inter paludes ad Fl. Vagam. In eam thesauri sui partem Dux transfert vrgente bello. Tota Regio aut syluestris, aut paludibus interscissa, indigenæ panis vsum ignorant.
- Pays de Vologda.
- PROV. CAR- POLIA } PROV. CAR- POLIA } Kargapol, ad lacum vnde Fl. *Onega* profluit: hæc Prouincia ad lacum Album extenditur, sed admodum deserta est.
- Pays de Kargapol.

G g ij